Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift

liutgerum eis cum magno omnium gaudio prefecit. addi
ta insuper ad predictos pagos insula una que bant
appellatur. Proinde uir dei iuxta euangelicum docu
mentum sciens cui plus committitur plus etiam ab eo requi
ri. omni uirium possibilitate circa commisse plebis utilita
tem inuigilare cepit. Nam et ydolorum fana destruxit et
per eas ecclesias edificauit et ipsos quantum fidei rudimen
ta patiebantur perfecte in christianitate instruxit ita
generaliter erga omnes. ita specialiter erga singulos
agens. ac si singulos ipse genuisset. Cuius fidei uel in
dustrie uel caritatis testes sunt usque hodie populi regi
onis eiusdem. quos in christo ihesu per euangelium et baptis
matis gratiam generans. a prisco errore aduersitatis ag
nitionem reuocauit. Testes quoque ecclesie quas per loca
singula construxit. testes et deo famulantium congre
gationes quas aliquibus adunauit in locis. Testes etiam
alii quibus non necessitate sed uoluntate uerbum dei ad
nuntiauit. Quia enim nouerat scriptum. uerbum dei non esse
alligatum. sed sapientiam dei attingere a fine usque ad fi
nem fortiter. et disponere omnia suauiter. predicationis
sue documenta intra fresie terminos noluit cohibe
re. sed ultra quoque doctrine sue fluenta deriuare.
Est insula in ipso fresonum atque danorum confinio constitu
ta. que a quodam fosete quem deum errore estimauerunt
gentili. et a patria lingua theodisca. fosetes lant est
appellata. Ad hanc ex consilio regis et uoluntate domni
predicationis causa sanctus liutgerus profectus est. Que cum
iam in prospectu posita non longe abesset. et uir dei cruce